

1442. d. 24 Junij

Ex Orig. Arch. Reg.

517.

Vladislaus rex 3000. marcarum
in scribit in castro Janibor, oppi-
dis et villis omnibus, theloneis
Petro Odrowaz Palatino Leopro-
poliensi.

143

Vladislaus Dei gratia Hungarie, Po-
lonie, Dalmauie, Croacie, etc. rex, Lith-
vanieque princeps supremus supre-
mus et heres Russie etc. Signifi-
camus tenore presentium quibus ex-
pedit universis. Quod nos revolventes
mente tam sumptuosa et nobis gratis-
sima meritorem obsequia, que maije-
tati nostre magnificus Petrus Odrowaz
de Smowa Palatinus Leopoliensis et
capitaneus Samboriensis sincere nobis
dilectus veniendo huc ad nos ad regnum
nostrum Hungarie predictum cum armis
gentibus et suorum stipendariorum no-
tabili exercitu pro succursu nobis facien-
do contra et adversus hostes nostros fa-
cta nostra impedire temptauit, propriis
suis impensis gratiosissime peregit, ubi
videre nostro pro suis huiusmodi gen-
tibus

tibus et stipendiariis, quos ad ipsa obsequia nostra conduxerat de erario suo notabilem cumulum auri et argenti exposuit, aliasque suas distribuit facultates. Unde nos pro tot et tantis impendiis, seruitiorumque suorum huiusmodi acceptissimorum exhibitibus, prefatum Palatinum cupientes facere consolatum, et ipsa merita sua liberaliter compensare, ut sic munere nostro recreatus reddatur ipse promptior ad horum maiora obsequia nobis solito exhibenda, sibi suisque liberis et legitimis Successoribus in et super castro nostro Szambor in terra Russica sito oppidisque suis et villis omnibus ad ipsum castrum pertinentibus, quibuscumque censcantur vocabulis, ac toto districtu Szamboriensi tria millia marcarum monetarum et numerum Polonicarum, quadraginta et octo grossos in marcam quamlibet computando, dedimus, donavimus, damusque, donamus assignamus et inscribimus per presentes per ipsum Palatinum usque ad vitam suam, cum omnibus ditorum, castri, oppidorum et villarum utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus

proventibus, curiis, allodiis, agris campis,
 arvis, pratis, pascuis, sylvis, meruis,
 nemoribus, bonis, gajis, rubetis flumi-
 nibus, lacubus, piscinis, piscaturis, sta-
 gnis, paludibus, rivulis torrentibus, a-
 quis et earum decursibus, molendinis,
 emolumentis, venationibus, aucupatio-
 nibus, mellificiis etiam cum theloneis
 et fumalibus, Robor dictis, cum quibus
 tenet de presenti et generatiter cum
 obventionibus universis ad ipsum cas-
 trum, oppidaque et villas quomodoli-
 bet pertinentibus, et que modo in dictis
 bonis sunt, aut eorum cura poterunt
 in posterum adaugeri, nihil pro nobis
 reservando habendum tenendum, utifru-
 endum regendum, gubernandum et pacifice
 possidendum, post cuius vite decursum
 etiam sui posteris et successoribus legitimis
 prescripta bona cum omnibus utilita-
 tibus superius descriptis habebunt te-
 nebunt, utifruenter et possidebunt tam-
 diu, quousque eisdem suis Successoribus
 dicta tria millia marcarum monete et
 numeri predictorum simul cum aliis sum-
 mis pecuniarum aliis nris literis inseri-
 ptis per nos vel successores nostros legi-
 timos

tinios ad plenum fuerint persoluta, qui-
bus exolutis, dictorum castri, oppidorum
et villarum et totius districtus possessio
ad nos et ad Successores nostros rever-
tetur pleno jure. Præterea volentes pro-
fatum Podatinum ampliori prosequigra^o
et favore, sibi solutionem stationem nostram
de tota tenuta sua prædictam relaxamus,
dum videlicet aliquo annorum ibidem per-
sonaliter non constituemus, postquam ve-
ro ibidem personaliter venire nos contingat,
tunc solita hujusmodi Stationum nostra-
rum necessaria nobis ministrabit, aut
etiam dum ad aliquem locum de præp^e
ibidem descendemus, tunc etiam ipsa sta-
tionum nostrarum necessaria consuetæ
per homines seu prædictæ tenetæ nobi ad-
duci et ministrari procurabit. In cuius
rei testimonium sigilla nostra mediocre
et minus presentibus sunt appensa.
Dati Budeo die Dominico ipso festo S.
Joannis baptiste, anno Domini millesimo
quadringentesimo quadragésimo secundo.

Ad relationem clui Petri
de Szekelocin P. P. P. Vicsari:

Talopia mepisana Longinadupargemino
wego amihilwanegp, ultoreq^e wisi piergei
dura, & 17. Maia roku 1785.

C